



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 126. Priusquam gallus cantet, ter me negabis. v. 61.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

§. 126. Priusquam gallus cantet, ter me negabis. v. 61.

Iam ostendi, non gallum, vel eius cantum conuersioni S. Petri fuisse principium; fuit tamen etiam galli cantus conuersionis eiusdem aliquod instrumentum à gratia applicatum. Et habuit instrumento isti, licet tam parum agenti, magnum honorem Petrus, quia instituit, ut in cippis & sacris turribus ædium idea galli collocaretur apud Christianos, qui tantum honorem habuit gallo, quantum gratitudinis habuerit & gratiæ Dei! Certe hinc æstimo verbum Petri: Tu scis Domine quia amo te. Alte hoc ex isto inteligo facto.

O Deus, da obsecro mihi donum gratitudinis, ut semper maximi faciam tuam gratiam.

§. 127. Et egressus foras. v. 61.

Quia in aula peccauerat Petrus, per consortium malorum, merito ex ea egredens est foras, oculis misericordiæ Christi eum euocantibus, ut extra eam ageret pœnitentiam. Non bene pœnitentiam agit porator interpocula; scortator in lecho, auarus in telonio, & qui quis peccator in occasione & illecebra sui lapsus.

O Peccatores exite, extra occasiones & illecebras mali, si vultis serio esse pœnitentes: si proximæ peccati occasions non viteatur, peccatum a mari censem Theologi, non dimitti.

§. 128. Flevit amare. v. 61.

Vt primum gratia Dei concurrens loculum conscientiæ Petri tetigit: & haec lachrymæ, siue extimore pœnæ, siue ex amore profluere cœperunt per Redemptoris fidem & spem; dies cœpit aboriri in anima Petri; fuerunt illæ lacrymæ pluia omnium dignissima; fuit ille ros nocturnus, inter rotæ omnes pulcherimus; inter guttas noctium amantissima dignaque, quam omnium capita impletantur, vt est in cantico. Quam gratiæ haec Domino fuerint lacrymæ etiam ex eo constat, quod resurrectionis suæ nuntium specialiter Petro voluerit nuntiari. Nec semel Petrus has fudit lacrymas, sed vt testatur S. Clemens tota eas vita fouit, & ad galli cantum resuscitauit.

O Jesu Benignissime, quam felices sunt illi, quos ita respiciunt oculi tuí, quos sic micantibus illustras radijs diuinæ lucis tuæ, vt & fundum suum perispicere, & virtus sua agnoscere queant! quam ciro illi convertuntur! quam celeriter frigida illa corda calescunt & emolliuntur, amore liquef-

N 3

cunt